quod vocant exuvium : quæ autem detrahuntur à vivis vocant ἀπόφορα: quamvis nomina non raro confundantur sicut & nomen *spolii*, licet proprie quamlibet vestem significet corpori detractam, ut indutam à Salviano *a* induvium. Unde Ulpianus *b* definit *spolia*, quibus quis indutus est quum ducitur ad supplicium : tamen accipitur interdum latius *spolii* nomen, ut est quicquid hosti detrahitur. Magnus olim honor erat, spoliorū quæ privatis in dombus figebantur de qua re Lipsius in militia Romana *c*, & Vultrinus noster in re militari Romanorum *d*, qui etiam de spoliis opimis *e*, ac de præda ejusq; divisione, aut sortitione *f*, de qua item Pontanus noster ad Æneidem Virgilii *g*. Ceterum lætitiam ex perceptis spoliis, prædaq; dixi prídem describi ab Esaia *h*. *Lætabuntur coram te* ait describere, ac exprimere volens lætitiam eorum qui crediturí erant in Christum, *sicut qui lætantur in messe : sicut exultant victores capta præda, quando dividunt spolia*. Poſsunt per *messores* intelligi Apostoli, aliiq; Prædicatores : per alios, ceteri opera illorum ecnverſi, aut etiam utriq; per utroq; quia prius allatum exemplum Pauli divisionē spoliorum Apostolis, & Apostolicis viris congruere suadet. Nimia devotæ spes prædæ, spoliorumq; lætitia, ac nimis avida ejusdem direptio, victoriæ obſuit : æpenumero ſvictoribusque. Testes historiæ, & qui præcipiunt de militia Polybius *i*, Frontinus *k*. Onosander *l* cum Scholiaſte Joanne Chockiero, & Scipio Ammiratus *m*. Cavit optimus Dux Judas *ne concupiſceret exercitus ſuus ſpolia, ſed ſtaret contra hoſtes, & expugnaret, ſumturus poſtea ſpolia ſecura n*. Quum paruiſſet collegit *ſpolia multa auri, argenti, hyacinthi, purpuræ marinæ, opum magnarum, hymnumq; canentiū, & benedicēt Deum in cælum, quoniam in ſæculum miſericordia ejus o*. Quis autem æſtimet cæco à Judītha Holoferne quanta Hebræos lætitia inceſſerit, occupatos *per dies triginta in colligendis Aſſyriorum ſpoliis p*. Mitto exempla alia *q*, inſigniorum prædarum. Illud tuperat fidem humanam, quod Ezechiel * vaticinatur ex victoria de Gog, & Magog : *Egrediuntur habitatores ex civitatibus Iſrael, & ſuccendent, & comburent arma, clypeum, & haſtas, arcum, & ſagittas & baculos manuum, & contos, & ſuccendent ea igni ſeptem annis, & non portabunt ligna de regionibus, neq; ſuccident de ſaltibus, quoniam arma ſuccendent igni, & ſepelient eos, ut ut mundent terram ſeptem menſibus*. Myſticè id exponit Hieron. de superandis hæreticis ab Ecclesia. Alii de Antichristo, *& ſeptem* pro numero ſumunt indifferenti Hebræi rudes de suo Messia. Sed plane mirabilis hypotypoſis, ac exaggeratio victoriæ : credipue poteſt ea loquendi forma tantam futuram ſtragem, tot futura ſpolia ſignificarit ut poſſent ſpatio illo tanto cadavera ſepeliri, armorum ligna comburi.

a *lib. 1. de Provid.* 3 Notio nominis ſpolii.
b *l.6. de bon. damn. D.*
c *l.4. dial.17 dial.6.cap.4.*
d *el 7.cap.mit. l.16. cap. 2 g.l.3. Veget. 10.31. & 1.9. colum.1864.*
e *cap 9.3*

Spoliorum lætitia, & avida direptio victoriæ ſæpe obeſt.
f *l. 10. X 2. Strat. 16.2.n.4.5 lin Strateg. c 31*
g *ſæc 17. diſſert.*
h *Iſa.9.3. & 17.18*
i *ver 27.28*
k *l 3d 13.17 vers. ad fin.*
l *Tactic. 3. 2155 & 34.38 35. & apud Herodi.l 9. Dio. l.48 & 68 17. Liv dec 3 l.3. & 31. Pl. l.13 & 31. Iuſt. 10. ant. 6.13. Guille Tyrius 6. de bello ſacro. 22. Io. Mar. hiſt. Hiſpan. 1200 1212.*

Expoſitio myſtica.
c 39.6. 10. 11. 12

Verſ. 163.) Iniquitatem odio habui, & abominatus sum, legem autem tuam dilexi.

Senſus loci.

NOn erat inanis lætitia, ſed ex vera Dei charitate nata, quam qui habet, odio per æquitur iniquitatē, ac abominatur, & diligit legē à Deo latam, indicem voluntatis ipſius, Christus quidem ſe diligi proteſtatus eſt ab eo, *qui ſermonem ſuum ſervaret, quique haberet mandata ſua, & ſervaret ea, illum eſſe, qui diligeret ipſum* f. Fugit iniquitatem nemo, niſi qui diligit æquitatem, & legem hanc nullus diligit, niſi etiam legislatorem : iſtum & illā diligit, qui diligit illum ſpiritualiter, quod ſolus facit Christianus ſpiritualis, non carnalis, addictus litteræ, Judæus, ut ratiocinatur Ambroſius : *Non poteſt quiſquam duobus ſervire* repugnantibus inter ſe *dominis, non Chriſto, & mammonæ ſimul* t. Deniquitate idololatriæ peculiariter interpretatur Arnobius, quum illā ad macerationem per diverſa ſupplicia, ipſamq; mortem martyres execrati ſint. Faver vocabulum Hebr. שֶׁקֶר *ſeker*, ſignificans *mendacium*. Erat illa prius *u* affinis huic ſententia: *Iniquos odio habui g & legem tuam dilexi*. Unde apparet, quamvis verum ſit quod ait Ambroſius, & præter alios etiam Leo *x*, à ſancto injuſtitiam odio haberi, non injuſtam, qui poteſt ſæpe converti : nihilominus hoc non hic innuit, quum ibi dicatur, *iniquos odio habitos* non ſane niſi prout ſunt tales, nō autem quatenus homines, qui poſſunt ad meliorem frugem redire. Prius ipibus perſequentibus ſe David oppoſuit, cum timore verborum divinorum lętam eorumdem quaſi poſſeſſionem, atq; dilectionem, cum odio, ac execratione omnis iniquitatis, ne ullo modo

t *Matt.6.24*
u *verſ. 113*
x *ſ. aut 92*

Iniqui odio habiti, pro ut tales ſint non prosponunt ad meliores frugem redire

quamlibet provocatus cederet, vel ſuccumberet : hoc unū veluti ſemper oraculum præ oculis habuit ſollicitatus ad iniqua *y, ad legem magis, & ad teſtimonium* : nempe ut nihil admitteret, omitteret, committeret, quod ab his eſſet alienum. Qui ſic odit iniquitatem, & abominatur, ut legem diligat, amore id facit virtutis, non timore pœnæ : adhuc autem perfectior eſt quem Dei movet amor, non ſola honeſtas : qui Deum ut filius amat, & ſponſa, ſimulq; veretur, ac timet. Nec timeri, nec amari per ſe mereturalius, quam Deus, nec odio digna ſunt mala ulla, niſi iniquitas, nec timeri debet, niſi, quod adverſatur Deo : immò mala non ſunt, ut alibi docet Ambrol. *z* : niſi quæ crimine mentem implicant, & conſcientiam ligant, non pauperies, ignobilitas, ægritudo, mors quia nec contraria iſtis, inquit, in bonis habentur maximis. Octava ſynodus, vel potius Basilius *a* præcipit, ut affectum illum in ſe recipiat pœnitens, quem gerebat noſter Propheta hæc proferens verba, *Iniquitatem odio habui, & abominatus ſum*. Basiliusq; *b* interrogatus quando quis fidere poſſet remiſſa ſibi eſſe peccata : reſpondit quando hunt ipſū affectum ſentiret in ſe ipſo. Addit præterea, ſi ſentiret ſe affequtum Apoſtoli præceptum, *mortificate membra veſtra*, &c. & feciſſe quod David, ut *non adhæſerit c, ſibi cor pravum*, &c. ſi ſe in hujuſmodi affectione poſitum, ut adverſus peccantes admirabilem, & horrore plenam ſanctorum virorum miſericordiam illam imitetur, hic paullò *d* ante indicatam, *vidi prævaricantes, & tabeſcebam*, & ab eodem Paulo *e*, *Quis infirmatur*, &c. Sic vero etiam ratiocinatur, ſi animus nobilior eſt corpore : in corpore autem videmus conſuevisſe omnem fœditatem odiſſe, reipueresq; itemque animum noſtrum reſpectu immanis cujuſvis carnificinæ, & inſidiarum quarumvis naturaliter vehementer ſolere commoveri triſtarique, multo credibilius eſſe, ea, quæ dicta ſunt adverſus peccantes, in animis eorum evenire in quibus Chriſtiana fraternaque charitas vigeat, quotieſcumque eorum, qui peccant animum velut à feris beſtiis ſauciari abſumique animadverterint, ac veluti cruore undique ac tabe repleri, juxta illud *f*, *Putruerunt, & corruptæ ſunt*, &c. Lege etiā quæ in ſimili ſententia dixi verſu 113.

a *Reg. 10. & apoſt. x. brevi. & refertur 26.qu.7 c. aſſeſſum.*
b *ſupra.*
c *Pſ. 100.4*
d *verſ. 158.*
e *2. Cor. 11.29*
f *Pſ. 37.6*

Iniquitatem odio habui.) Vetus Psalterium, Auguſt., Proſper, *in juſtitiam*. Hieronymus, *mendacium*, quod valet שֶׁקֶר *ſeker*, ſive *falſitatem*. De idololatria præter Ambroſium. Treverus quoque interpretatur ; quæ tota nititur mendacio. Latius patet ſicut & ἀδικία, quemadmodum *iniqui*, quos item *odiſſeſe* prius *g* cecinit ; & *omnis via iniqua* h.

g *verſ 11 : h verſ. 128*

Et abominatus ſum.) Hieronymus, *deteſtatus*. Alii, *execratus*. Ad rem profanam, irreligioſam, ſuperſtitioſam, execratione dignam pertinent verba אתעבה *arhabbavah*, ἐβδελυξάμην, ſolentque de idolis ac idololatria uſurpari, ad quam nonnullos dicebam refert præcedens nomen שֶׁקֶר *ſeeker*, & appellantur idola, quæq; ſpectant ad eorum cultum abominationes תועבות *thobhavoth* βδελύγματα ut βδελυγμὸν ἐρημώσεως, *abominatio deſolationis* is& conjungitur aliquando verbum cum idolis, ὀβδελυσσόμενοι καὶ ἀθέμιτα, *abominans idola* k, quaſi juxta proprietatem vocabuli *exorrens & averſans, ob turpitudinem, & fœtorem*. Egi alibi *l* quoque de iſtis, nempe quid ſit *abominabiles facti ſunt* התעבו *hitiebvu* ἐβδελύχθησαν. Iniquitas, atq; peccatum horrori nobis eſſe debet illis modis, quos paullo ante ex Basilio recitavi : & *ſicut coluber dentes leonis, ymphæa bis acuta* m : deniq; *fornicaria mulier* præſertim, ſeu *fornicatio, tamquam ſtercus* n.

in ſpiritu, c. 4.
k *Rom. 2. 22*
l *Pſ. 13. 1. vel*
m *Eccl 21 2 3. 4.*
n *cap. 9. 10*

Legem autem tuam dilexi.) Non debuit Cajetanus תורה *thorah doctrinam* pro *lege* reddere contra communem aliorum interpretationem : tametſi nomen illud à יָרָה *inrah* derivetur, quod ſignificet *docere*. Dilectionem vero legis repeti ſæpius à Davide antea vidimus *o*, & adhuc videbimus *p*.

o *verſ. 47. 48 97. 113. 119. 127. 140. 159*
p *verſ. 166. 167*

Verſ. 164. Septies in die laudem dixi tibi ſuper judicia juſtitiæ tuæ.

Senſus loci.

CErtum & magnum legis dilectæ ſignum, eam perpetuo, ac ſine intermiſſione laudare, atq; legislatorem à ſumma juſtitia in omnibus judiciis, ſententiis, mandatis, quæ hic in illa comprehendi voluit, ſimul cum ceteris judiciis providentiæ, ac juſtitiæ circa mundi gubernationem, hominumque ſingulorum, iſtam quaſi perpetuam,

tuam, ac non interruptam, quantum fieri poteſt laudem Dei, judiciorumq; ipſius juſtiſſimorum, ſeptenarius numerus, qui ſervit univerſitati, ſeu multitudini, & indefinito cuivis numero magno, ut alibi docui multis exemplis, quæ ſunt ſatis etiam obvia, ut quando è contrario *ſepties in die cadere* dicitur *juſtus* a, deſignat ex Græcorum, Hebræorum, & Latinorum plurium ſententia. Auguſt. ait, *ſepties*, idem eſſe, quod *ſemper* quod in opere de doctrina Christiana *b* repetit ex Triconii regula quinta, & adhuc in libris de civitate Dei *c* : Chryſoſt. alibi *d*, idem quod *omni tempore*, non quod ſepties laudavisſet, inquit, & tacuiſſet. Græci docent idem eſſe ἑπτάκις, quod πολλάκις *ſæpius*, ſeu *multiones*, & *pluries*. Bruno, Haimo, Remigius, Pampolitanus, Hugo denotari totum vitæ tempus eo quod per dies ſemper volvatur. Ex Græcis Chryſoſt. videtur horarum canonicarum ſeptem numerum hinc collegiſſe, diluculo, quod *matutinum* vocant ad ſolis ex ortum, quam dicunt *Primam* gratias agendo Deo, qui diem invexerit, hora tertia, quum Spiritus ſanctus ad Apoſtolos acceſſerit *e* : ſexta, quum Chriſtus Deus noſter carne Cruci affixus eſt *f*. Nona quum expiravit *g* : ad Solis occaſum, quod etiam, inquit, *lucernarium* appellamus (alii *veſperas*) quia tūm ob dieī tranſitum Deo gratias agimus : Poſtremo quum ad ſomnum nos conferimus, nominamus id *Completorium*. Innuit idem Euthymius, ſed numerat mediam noctem, diluculum, mane, tertiam horam, ſextam, nonam, veſperas. Apud Basilium in regulis prolixius tractatis *h* numerus horarum huic ſimilis poni ur ex alio verſu iſtius pſalmi *i* de media nocte : ex pſ. 54. *k*, de veſpere, mane, meridie : ex 54. *l*, iterum de matutino tempore, ex aliis locis de ceteris temporibus, & horis. Qua de re citatis pſalmis nonnihil legimus. Solum nunc libet recenſere, quinam ex præſenti loco dictum horarum numerum colligant. Hoc magis diſerte citatus facit Basilius ſerm. 1. de inſtitutione monachorum, ubi ad complendum ſeptenarium numerū hic expreſſum, poſtquam enumeraſſet ex eodem noſtro pſalmiſta mediæ noctis tempus, veſpertinum, matutinum, meridianum, præterea horam tertiam, & nonam, docet bipartito dividendam meridianam orationem, ita ut pars una cibum præcedat, altera ſubſequatur, quod perpetua hæc nobis formula ſit Deum ſepties per ſingulas dierum converſiones laudibus celebrandi. Nullum de Græcis alium reperi, ſed & ambigo de Chryſoſt., an ſit versus Auctor commentarii ad hunc pſ., ad quod, præter alia nomen lucernarii me movet. Inter Latinos enarratores Caſſiodorus, Alcuinus, Bruno, Haimo, Remigius, Pampolitanus, Hugo, Lyranus, Ayguanus, Rickelius, alii poſteriores fere paſſim, circa numerum iſtum horarum canonicarum, quod hic innuatur, conveniunt. Præterea Caſſianus * inter Græcos verſatus, teſtanſq; hunc ritum de Oriente proceſſiſſe. Benedictus item in regula ſua *m*, & Innocentius III. *n*, Bern. *o*, Conſilium Nannetenſe, quod refert in decreto *p*. Rationes numeri horarum ſeptenarii varias tradunt : dona totidem Spiritus ſancti *q*, ſpiritus nequiores *r*, dæmonia *ſ*, morta lia peccata, quorum typus *gentes ſeptem t* : *ſeptem nequitiæ u*, *ſepties in die cadentem juſtum x*, *tubas ſeptem*, quarum ſonitu everſi muri Jericho *y*, tot aſperſiones *z*, *lampades* ſeu *lucernas a*, candelabra Eccleſiæ *b* ſeptemplicis, ſacramenta, petitiones orationis Dominicæ, dies creationis cum Sabbato *c*, ſeptuplum pœnæ *d*, & plures alias ejuſdem generis. De diebus creationis & ſabbato Didymus, & creditus Hieron., tradiderunt. De ſeptiformi ſpiritu, & Eccleſiis ſeptem, Arnobius, Bruno, Innocentius III. Hieron. verus alibi, aut certe Philippus presbyter *e*, de iiſdem donis contra ſeptem ſpiritus nequiores. Plura addi poſſunt præcipua noſtræ myſteria redemtionis, nempe hora veſpertina, cœna Paſchalis, pedū lotio, Euchariſtiæ inſtitutio, depoſitio de Cruce, & illatio in ſepulchrum, hora completorii, oratio in horto, ſudor ſanguineus, comprehenſio, ſignatio ſepulchri, ejuſdemq; cuſtoſtia militaris : hora matutina conſilium perdendi Chriſtum in conſilio Pontificum, & Phariſæorum, reſurrectio ipſius, & generalis futuræ hora prima deductio ad Pilatum, atque ad eumdem ab Herode reductio, & apparitio ſuſcitati ad mulieres : hora tertia crucifixio vocibus Hebræorum, flagellatio, coronatio, ſancti Spiritus miſſio : hora ſexta, crucifixio ipſa realis, vocatio Pauli, extaſis Petri, hora nona expiratio Chriſti, deſcenſus ad inferos : miſſio Cornelii ad Petrum. Hilarius tametſi non meminit de horis canonicis, agnoſcit in hoc ſeptenario multa myſteria, attingit etiam, noſq; alias, & quidam tra-

a *Prov. 24. 16*
b *l. 3. c. 38 c l. 11. c. 31*
d *hom. 19. ex Variis in Matt.*

Numeri ſeptem horarum canonicarum collectio,

e *Act. 2. 15. 1 Matt. 27. 45. Marc. 15 33. Luc. 23 44. Joan. 19 34.*
f *Matt. 27. 46. Marc. 15 34.*
g *Matt. 27. 46. Marc. 15 34.*
h *in 37.*
i *verſ. 62.*
k *verſ. 148.*
l *verſ. 55.*

Verſ. 165.) Pax multa diligentibus legem tuam, & non eſt illis ſcandalum.

Senſus loci.

QUidni odio haberem iniquitatem, & abominarer : legem autem tuam Deus diligerē, teq; ipſum continenter laudarem, propter ſummam æquitatem judiciorum tuorum, quæ viſitur in lege, & qua declaras quam etiam ipſe tranſgreſſores legis oderis, qui omnia perturbant, & perpetuo diſſident inter ſe, atq; cum iis, qui legem cuſtodiunt : poſtremo dolore, ac mœrore intus diſcrucian tur à conſcientia ſtimulante, & fodiente, foris vero, & exterius quoq; interdum, afficiuntur moleſtiis multis, terroribuſque. Nam iſti cuſtodes, & dilectores legis, fruuntur ſumma quadam animi, & conſcientiæ pace, quiete, tranquillitate, utpote qui dum legem cuſtoditam diligunt diligant neceſſario, & reipſum Deum legislatorem : proindeque omnes alios in re, & pacem individuum eomitem charitatis *r*, quod in ſe eſt, *habent cum omnibus* ſ, & *omnia cooperantin ſibi in bonum* t. Quare nihil eos offendit, vel impedit, ſtantes *paſſo pactis* u, quo minus libere tendant, currantque per legis viam ad legislatorem, & ad patriam : nec ſcandalum pariunt aliis, quia non peccant ; nec à legis cuſtodia ipſos retrahit ſcandalum paſſivum, ſive quod puſillorum dicitur, qui ex ignorantia putant non licere quod licēt : ſive quod vocant Phariſæorū, hoc eſt, eorum, qui malitioſè in deteriorem accipiunt partem, quæ in meliorem accipere poterant, & debebāt. Dilectio legis Deiq; includit perfectionem charitatis, cū qua ſcandalum eſſe nullum poteſt. Non poteſt vita noſtra

quæ

B *ſ. de Virg. & lib. 7. in Luc. cap. 11*
h *hom. 1. 78. ad pop.*
i *hom. 59. ad pop.*
k *Origen. in Lpoc. 3*

l *Pſ. 118. 62*

Alauda terra antiquior à veteribus habita.
m *ſ. de tit. Eccl. 3. & n. Goarg. 15 hierogl.*

o *verſ. 7. 62. 106. 161.*

C

p *Deut. 23. 6*
q *cap. 4. 25*

D

r *Gal. 5. 22*
ſ *Rom. 12. 18*
t *cap. 8. 28*
u *Ex. 33. 25*

quæ *militia est* a, carere pugna, bello, dimicatione, certamine, nobisque hostes jurati, & adversarii sunt multum, visibiles, invisibiles, domestici, intestiniq; & extranos; vehementerq; illuntur & erant peccatores, qui se pacem habere arbitrantur, & dissentiunt, quia *non est pax impiis* b, hisq; dici potest *ri; quid vobis, & paci. Pax Dei exsuperat omnem sensum* c eamque *mundus dare non potest* d. *Abundantia pacis* f spiritualis, & sinceræ, quæq; est in *Dei virtute* g, id est, in exercitu ejus, aut in muris, aut, per potentiam ejusdem, redditanimum adversus omnia constantem, fortem, invictum. *Non contristat justum quidquid ei acciderit* h; *bono æmulatori nihil nocet* i,

Si k *fractus illabatur orbis*
Impavidum ferient ruinæ.

Scilicet quia illud dictatur consilium,

—— Rex Deus, ajunt,
Si recte facies; hic murus aheneus esto.
Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa.

Beatus qui non scandalizatur in Christo m, in cruce, quæ Judæis est scandalum n, in doctrina ejus, in discipulis, item in humanis casibus ac mutationibus; in improborum prosperitate adversitate justorum, in obscura, paradoxaque intelligentia scripturarum, & mysteriorum divinorum, in horribili piorum quorumdam ruina, & admirabili impiorum conversione. Qui diligit legem, & Deum, quidquid in ea continetur, & ab hoc emanat, quamvis non intelligat, honorat, inquit Augustinus, & quod ei sonare videtur absurdè, se potius non intelligere, & aliquid magnum latere ibi judicat. Securus etiam diligit legem, in qua etiamsi multi peccant, peccare ipia non novit. Id Philo Carpathius ad Canticum Canticorum videtur accommodare: cujus lectio non fit scandalo perfectis viris; & qui juxta auctoris nomen pacifici sint, & animo tranquillo præditi, atq; à carnis illecebris abstractio: videlicet quoniam liber ille res amatorias videtur continere: ita ut ab ejus lectione arcerent Hebræi eos, qui non pervenissent ad maturiorem ætatem. Excludit charitas omnem perturbationem, *nec valent aquæ multæ* diversarum passionum illam excludere, *aut flumina* sæcularium cupiditatum *eam obruere* o, ut hoc loco admonet Ambr., dicens præterea, quod virtutis tortius hic finis est, & corporeæ ipsius fortitudinis, ut consecto bello miles pacem reformet, ita ut pacl & ipsa imsliter fortitudo bellandi. Studet idem amator legis, & Dei, ac idcirco etiam proximi, ne *hunc scandalizet*; paratus à carne abstinere p, & à quavis alia re, quantum cum ratione recta possit, & ab ipso vitæ communis usu, ut Hilarius loquitur; dummodo causam offensionis abscindat, & ne ille etiam pusillus q, minimus infirmus offendatur, non solum vitans ea, quæ per se mala sunt, vel quia prohibita: Quod si contingat alium scandalizari, nulla data per se occasione, & culpa, utitur ara; ditericiatur alterius damno. Pacem Christus cum charitate majorem in modum suis inculcavit, & commendavit. Lex pacem (adde, & charitate, quia timoris erat) ut ait idem Ambr., non potuit dare? Ideo Moysi quoad vixit, semper prælatus est, semper legis populu, veriatus in anticipiti bellorum est. Jesus autem Nave plebis animos profunda pace compositi, & ita *Jesus* Christus quem is adumbrabat; *patrem se relinquere docuit* dixit, *quo modo dare mundus*, ac lex quidem *posse* r. Sola gratia Christi confert facultatem perficiendi. Verum & perfectum opus justitiæ: *opus autem justitiæ pax est* s; & *attendenti Dei mandata sit sicut flumen pax* t, id est, *abundantia pacis*, u quæ vocatur hic multa, & ab Etaia x, *pax super pacem* ἐπὶ ἐπὶ ἐπὶ: nihilominus planè perfecta non est hujus temporis & loci, verum futuri, & cœlestis Jerusalem, quæ est visio, ac jucunda fruitio pacis, ubi *sedebitur in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiduciæ in requie opulenta* y. Quanta autem haberi maxima potest in hac vita, illa habeat maxime, qui tribulationes, atq; persecutiones patienter toleant, martyres præsertim. Hanc in istis pacem Cyprianus z admiratus, ait: Quis nunc vobis, dilectissimi fratres, conscientiæ victricis vigor? quæ sublimitas animi? quæ in sensu exsultantia? qui triumphus in pectore? Unumquemq; vestrum stare ad promissum Dei præmium, in die judicii esse securum, ambulate in metallo, captivo quidem corpore, sed corde regnante: sive Christum secum esse præsentem, gaudentem toleratia servorum suorum per vestigia, & vias suas ad regna æterna gradientium. *Christus ipse est Apax nostra* a, quem *speciosis pedes præcidant, & evangelizantes bonum* b, ut habent LXX. deq; Christo eodem Origenes *c* interpretatur. De pace deque scandalo quid sint, diximus alias. Lege Angelicum Doctorem *d*, & Commentatores. Pacis autem tractatio latissime patet, nec uno etiam loco tantum de ea egimus. Illa certè quæ charitati, & gaudio conjuncta est, in bene conscio animo *exsuperat omnem sensum* eius hoc quasi manna *nemo scit; nisi qui accipit* f, nullus valeat sermone declarare. Auditui Magdalenæ, quæ, *quia dilexerat multum*, veniam peccatorum consequta fuerat, gaudium istud lætitiaq; data est quando Christus ei dixit, *vade in pace* h. Bernardus de Magdalena tractans *i* istud gaudium pacificum, seu pacem gaudii plenam, omniq; scandalo liberam habentes, & hac pace gaudentes martyres, negat quod per sequantur lictores, sed coronent, & affirmat quod illi minus asperentur, inficiant timorem, spem fallam eludant, omnium scandalorum sint immunes, *in pace in idipsum dormientes requiescunt* k. Idem in alio sermone, in quo demonstrat, quomodo voluntas nostra divinæ voluntati tripliciter subjici debeat, præsentem citans locum ait inde scandalum esse, atq; turbationem quia propria sequitur voluntatem, & temerè quod voluisus in corde nostro definientes, si quo modo prohiberi cõtingat, aut impediri. Subdit qui voluntatem tuam sui pensam habuerit, quando mandatum ceitum non habet, ut prælatum interrogans, Domini sciat voluntatem, non turbandum, quidquid ei præcipiatur; quoniam *pax multa diligentibus legem Dei, & non est eis scandalum*. Leo *l* explanans beatitudines dominicas, illam, qui *beati* dicuntur *pacifici*, non cujuslibet consensionis docet esse, aut qualiscumq; concordiæ: sed illius de qua dicit Apostolus *m pacem habere ad Deum*, & Propheta noster hoc loco hanc pacem etiam arctissima amicitiarum vincula, & indiscretas similitudines animorum non veraciter sibi vindicare, si non cum Dei voluntate concordent: extra dignitatem pacis esse improbarum pariitates cupiditatum, fœdera sceleium, & pacta vitiorum &c. qui semper mente cum Deo sunt, solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis, numquam ab æterna lege dissentire. Denique si vis habere pacem, *acquiescere Deo, & per hæc habebis fructus optimos: nonne enim restitit ei & pacem habuit* o? permane in via, quoniam non in illa, sed juxta illam, extraq; illam scandalum ponitur, & invenitur p, ut obiervat Adelmanus q, intelligens de erroribus, seu hæresibus, & ichismatibus, *viam* q; interpretans legem, in qua nullum sit scandalum, sed pax multa: contritio autem & infelicitas in viis talia sectantium, ac *viam pacis* Catholicæ *non cognoscentium* r, sed recusantium Sed nec scandalum est in eo qui diligit fratrem, ut ait Augustinus *s*, quia qui diligit fratrem, omnia tolerat propter unitatem; in qua est dilectio, de qua est lex Dei, sive Christi, ut scilicet *diligamus invicem* t.

Pax multa diligentibus legem tuam.) In Arnobio repero adjectum, *Domine*, & præterea in Concilio Metensi *u*, addit Paraphrastes בעלמא הרין *bebhalema, haden, in mundo hoc*. Nomine autem *pacis* comprehendere solent Hebræi quod vis bonum, & ipsammet felicitatem, quasi sit idem *pax*, quod *perfectio*, quia שלם *scialam* perficere est: unde שלום *scialom*. Denique omissis aliis, is qui ut Rex pacificus, alterque Salomon, ac plus quam Salomon Deum pace attulit huc bona vetera spiritualia, comparavit nobis etiam, æterna, Sulamitidi pacificæ sponsæ promisit possessionem cœlestis Jerusalem, quæ est visio pacis: quod præmium diligentibus legem dari dicitur potius, quam facientibus, quia nisi pacato, ac liberti animo fiat, nihil prodest: & quisquis diligit, facit ut oportet facere autem potest aliquis quoquo modo: sed non diligere. Ac jecum quoque ad pacem epithetum, quo cognominatur *multa*, sive *magna* innuit sinceram pacem cum Deo, cum proximo, cum angelo, cum seipso, tum in præsenti sæculo: tum in futuro: manluetis autem præcipuæ promittitur *delectari in multitudine pacis* x. Restringit Apollinarius ad pacem inter eos, qui legem Dei diligunt, vocans Regis ministros, inter quos rixæ non sint, sic exponens membrum sequens, idque optative.

ἀρίους βιοτεύῃ ὑποδρηστῆρας ἐρύοιτο
εὖ σέο πάντ' ἔχοιτ' μεθόμενοι, ὁρμαὶ δ' ἔστωσ'
Pax regit ministros retinens
Neque aliquam rixam habeant inter se commoti,

Et non est illis scandalum.) Ideſt, offendiculum, impedimentum, obstaculum, satan, vel occursus malus, casus, ruina, & similia, quæ quum temporaliter, tum præsertim spiritualiter accipi possunt. De scandalo autem, ut propriè sumitur, tam passivè, quam activè, alias egimus, quemadmodū antea diximus. Monui nunc quoq; Apoll. de rixa inter diligentes legem, seu inter ministros Dei, quæ nulla sit, paullo angustius exposuisse. Chaldæa paraphrasis declarat, scandalum nullum fore in mundo venturo. *Colligentur* tunc *de regno Dei omnia scandala* a, quum erit pax plena, & *Deus omnia in omnibus* b.

Vers. 166.) Expectabam salutare tuum Domine, & mandata tua dilexi.

Sensus loci. EXprimit magis, quid sit pax multa, quam legem diligentes possident: & quid carere omni scandalo, nempe uno verbo, salutem consequi, & Salvatore habere propitium, qui est Auctor pacis, & omnium bonorum, liberator autem ab omni periculo, & malo. Annumerans verò modestè seipsum inter diligentes mandata Domini, ait, se illud tantum bonū summis votis expetiisse, ac expectavisse, videlicet ad omnia præsentem opem Domini, sed & ejusdem ipsius in carnem adventum quem congruis ipse cum veterum aliorum justorum meritis mundo: vel, ut celerius certè ille nobis fieret, promeruit: De hoc adventu primo Hilarius interpretatur, vim in vocabulo *salutaris* faciens, quod *Jesu* nomen sonat: docensq; omnia legis mandata adventu Dei Unigeniti fuisse contenta. Hoc ad Joseph Angelum de dicti notione nomini fuisse loquutum: hoc Simeonem exinde *pium remittendum* agnovisse *d*: (quasi *pacem*, & *salutare* idem esse sensisset) hoc redditam nobis per *Jesum* salutem edocere. Augustinus, Prosper, Cassiodorus: Latini alii ad secundi quoq; adventus expectationem retulerunt. Quid enim justis profuisset antiquis, ait Augustinus, Dei dilexi le mandata, nisi eos Christus, qui est Dei salutare, liberasset, cujus etiam spiritu imperato mandata Dei diligere e potuerunt. Tūm subdit argumentum de aliis non justis. Si ergo justi antiqui expectabant salutare Dei, qui mandata ejus dilexerunt, quanto magis necessarius erat Christus, qui est *Jesus*, hoc est, salutare Dei, salvis faciendis, qui mandata ejus non dilexerunt? Postremo ratiocinatur de secundi expectatione adventus, de quo nimirum scribit Paulus *e*, *Salvatorem expectemus Dominum nostrum Jesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ*, &c. Post etiam, inquit ista sanctis istorum temporum, ex quo gratia revelata, Evangelium prædicatur, congruere prophetia. Expectant enim Christum, qui mandata Dei diligunt, ut *quum Christus apparuerit in vita nostra, tunc & nos apparemus cum eo in gloria* f. Optima porro expectandi, & sperandi conditio, mandata diligere: prout etiam canitur in alio psal. *Expecta Dominum, & custodi viam ejus, & exaltabit.* Item *b*, *Spera in Domino, & fac bonitatem*. Hoc est *gratulari cum silentio salutare Dei* i: ideſt, cum pace illa multa diligentium legem Dei: cum animi quiete, qui sine querela & obmurmuratione ferat æruinnas, & in isto silentio cum spe fortitudinem suam constituat. Præterea qui sit subjectus Deo: quoniam *ab ipso est salutare illius* k. *Expectatio* ista *justorum lætitia est* m: *spe quæ gaudent*, quia *in tribulatione sunt patientes* n. Justus erat Simeon, qui expectabat o, inquit Bernardus p: peccator nihil expectat indeque peccator est, quod bonis præsentibus non modo detentus, sed & contentus, nihil in futurum expectat, turdus ad illam vocem q, *Expecta me in die resurrectionis mea in futurum*. Tādem *similes non esse* oportet *hominibus expectantibus dominum suum, lumbos parquirendo, & lucernas in manibus gestando* r. Bona ventura distinguit expectationem incertam, & inexpertam suspirantium, & quasi longius à regno distantium; non incertam, sed inexpertam aspirantium, tamquam non longè distantium; nec incertam, nec inexpertam, respirantium scilicet, quia non distant, sed præmia præguſtant Grevæus: aliter enumerat expectationem triplicem, infirmi, & captivi, quæ i pectent ad primum adventum in carnem: & obsessi, quæ ad adventum in mentem. Observat præterea hominum genera varia, qui non valent, aut nolunt expectare, formidolosorum, febricitantium, infirmorum, gulosorum, puerorum nimis cupidorum.

Expectabam salutare tuum Domine.) Hieron., *expectavi*. Sed שברתי *sibbarthi* præteriti temporis perfecti, potest imperfecto servire, ut in aliis contigit. Quamvis

---

Vers. 167.) Custodivit anima mea testimonia tua, & dilexit ea vehementer.

Sensus loci. COnfirmat dilexisse se mandata divina, & quidē amore magno, qui nempe in opus proderit, & in custodiam accuratam, seriam, & ex animo eorumdem mandatorum, sive testimoniorum, quibus Deus protestatus est, quid à nobis vellet, atque nostram tamquam fidi amici cum tua voluntatem confirmaremus. Custodia memoriā importat, & rerum illo ceu thesauro inclutarum diligentem observationem, quæ nonnisi cum vehementi amore consistere queunt. Hic repetit Ambrosius plus esse diligere, quam custodire: quia, ut antea *e* dixerat, custodire interdum necessitatis est, vel timoris: diligere, charitatis: & qui timium diligit, nimium custodit. Huc forsitan respicientes LXX. transtulerunt in priore, versu, quemadmodum ibi notavimus, *mandata tua dilexi*, pro *feci*: quia scilicet meritorii operis radicem intelligebant esse dilectionem, amorem, charitatem in Deum, ut fiat propter illum. Abundantius oportet nos obiervare. Apostolus *d* monet ea, quæ audivimus, contestante Deo signis & portentis, & variis virtutibus, & Spiritus sancti distributionibus. Verùm de hac sententia satis actum in similibus aliis, quæ præcesserunt. Augustl., & alii applicant ad Martyres: quia *testimonia* hic Græcè appellantur μαρτύρια, quæ, inquit Augustinus, custodiuntur, dum non negantur. Sed quia pro testimoniis Dei etiam flammis concremari fine charitate nihil prodeſt, dilgi debent quoque valde, seu vehementer, ideſt, ut ait Cassiodorus, totius animi viribus, ut nec tempore se aliquo quis subducat, nec animi torpore lenteicat: sed *bonum certamen certet*, *cursum consummet*, *fidem servet* e.

Custodivit anima mea testimonia tua.) Non præcisè illa quæ pertinent ad cultum latriæ, sunt quæ testificationes quædam Deitatis *f*: non interna tantum dona Spiritus S. quibus *clamamus, Abba pater* g, & quorū anima perfectæ personæ maximam curam habet *h*: non solum quæ pro Deo Martyr edit testimonia *i*: non vetera dumtaxat præcepta, ita ut de novis intelligantur mādata in priore versu ut per vetera confirmetur novorum doctrina *k*, scilicet per ceremonialia, & judiciaria. Omnia hæc recipienda, vel testimonia ut synonyma mandatis, & præceptis quibuscumq; quovis nomine appellentur quemadmodum sæpius notatum est, & notavit etiam noster Ribera *l*. Emphasim autem habet dicere, quod anima ipia custodivit: qui secundùm carnem ea custodire non esset multum: inquit Remigius: & intimam dilectionem significari notat

Bruno.

Bruno. Eodem pacto aliquoties antea David *a* loquutus est de anima sua. Vim verbi *custodiendi* alibi expostulimus.

Et dilexit ea vehementer.) Hieron. *nimis*; eademq; ratione Ambrosius. Vetus autem Psalt., Augustinus, Prosper, *valde*. Sunt aliis linguis מאוד *meod*, σφόδρα quæ sæpius reddita vidimus per *nimis*, *Diligendo vehementer*, *valde nimis*, iisdem modis custodivit, ut Ambrosium audivimus hic annotantem. *Mandavit* autem Deus *custodire mandata sua nimis* b, uti qad effusionem sanguinis, & amissionem vitæ. Martyrem propriè diligere Deum scribit Tertull. *ex* ex tota anima sua, qui pro Deo animam ponit. Exponit Apollinarius ψυχωσαμένως, *dilexi anima*. In prima quoq; persona, *dilexi*, extat in Romano Psalt., legitque Augustinus, faciens mentionem de nostra lectione. Græce est tertia persona, ἠγάπησεν. Hebr. אהב *ohab*, participium ut ruisus ut personæ potest esse, & significare *diligens fui*, seu *dilexi ego*, aut *diligens anima fuit*, & *dilexit*.

Vers. 168.) Servavi mandata tua, & testimonia tua: quia omnes viæ meæ in conspectu tuo.

Sensus loci.

RE petit idem de servatis mandatis, atq; testimoniis. Verùm hac de causa, quod in omni actione, sermone, consilia haberet præ oculis Deum, & ante illum constituerit omnes vitæ suæ rationes, cogitans illum præsentem, inspectorem, judicem, vindicem, præmiatorem, Dominum. Hoc est ambulare coram Deo, & sic esse perfectũ: quod ficut fibi à Deo injunctum fuerat *d*, etiam faciebat Abraham *e* & post illum Elias *f*, & Eliæus *g*. Id autem vir justus maximè spectat, ne oculos divinę majestatis ulla in re offendat. Cupit *dirigi in conspectu ejus viam suam* h: *providere Dominum in conspectu suo semper* i: *omnia judicia illius habere in conspectu suo* k. Beatũ pronunciat Ambros., qui possit dicere, *Omnes viæ mea ante te*, seu *in conspectu tuo, Domine*, qui nolit abscondere omnes cogitationes suas, omnes actus suos, sicut abscondebant post culpam Adam & Eva *l*, atq; Cain *m* vias suas: ſponſam ſuam ſponſo decreta monſtraviſſe, quum dicereus *n*. *Aſſumam te & inducam te in domum matris meæ, & in ſecretum ejus, quæ concepit me.* Ait præterea, etſi Deus omnia videat cordis occulta, bonum tamen eſſe, ut unuſquiſq; animam ſuam ei aperias, & expandat, & tuquam lumini, vel calori ejus accedat: merito gloriatam ſponſam *e*, *Ego eram in oculis ejus tamquam inveniens pacem*, (de qua hic paullo ante) *quoniam viæ ſuæ prodere non timebat*: nullam poſſe eſſe viam bonam, niſi quem Deus, ſive Chriſtus *via*, & *veritas* q illuminandam ſui viſitatione lumines judicaverit. Idcirco noſter quoq; David cecinit, *meditationem cordis ſui in conſpectu Dei eſſe ſemper* r, & *ante illum omne deſiderium ſuum* ſ: hortabatur etiam, ut *effunderemus coram illo corda noſtra* t. Quanti hoc referat, quantumq; præſentia proſit Dei, ad virtutis opera omnia exercenda, vitandaq; opera vitiorum, docuimus alibi *u*. *Omnes viæ hominum patent oculis Dei* x: propterea magna nobis probitatis neceſſitas indicta eſt, niſi diſſimulare velimus, aitBoetius *y*, quum tuncta agamus ante oculos Judicis cuncta cernentis. *Conſiderans* Job *Deum, timore ſollicitabatur* z, & *ſemper quaſi tumentes ſuper ſe fluctus timuit Deum* a.

Servavi mandata tua, & testimonia tua.) Hieron. *custodivi præcepta tua, & testimonia tua*. Ambrosius quoq; ponit priore loco. Puto, quod sæpius dixi, synonyma esse hæc omnia, sicut *servare*, atque *custodire*: quibus verbis respondet idem Hebr. שמר *sciamar*, Græcum φυλάττω. Nil ergo neceſſe *mandata* hic ſumere pro lege operum, ſeu veteri, *teſtimonia* pro lege fidei, ſive Evangelica: vel aliis modis diverſis.

Quia omnes viæ meæ in conspectu tuo.] Notæ tibi sunt, nulla te latet, omnes expono tibi, & perſpectas volo eſſe, qui ignorante non potes, tam probabile, tamque innocens quodcumque vitæ meæ iter eſſe cupio, ut conſpectu tuo dignum ſit. Curet quiſque, ut *vias ſuas in conſpectu Dei arguat* b, *cogitando* nimirum *illas*, & *convertendo pedes in teſtimonia ipſius* c, & *cuſtodiendo vias Domini*, *nec impiè gerendo ab illo* d, & conſiderando, quod non eædem *viæ Domini*, & *viæ noſtræ* e: quod ſi hoc ſtuderimus facere, quod dixi, *ipſe erit Salvator noſter*: *non* enim *veniet in conſpectu ejus omnis hypocrita* *: immò *non proponit Deum ante conſpectum ſuum* f: ſed humanas tantum perſonas reſpicit, atque judicia. *Solas viæ quæ à dextris ſunt*, *novit Dominus* g, idest, ſola approbat rectas: *perverſa autem ſunt*, *quæ à ſiniſtris*.

a *Vers.* 10. 78 81. 109

b *vers.* 4 & in *Scorp. cap.* 9

c Cels. 108.

d *Gen.* 17. 1
e *cap.* 24. 40. 48
f 3. *Reg.* 17. 1
g 4. *Reg.* 3. 14
h *Pſ.* 5. 9
i *Pſ.* 15. 8
k *Pſ.* 17. 23

l *Gen.* 3. 12 & 8
m *cap.* 4. 9
n *Cant.* 8. 2

o ib. *verſ.* 10
p *verſ.* 165
q *Joan.* 14. 6

r *Pſ.* 18. ult.
ſ *Pſ.* 37. 10

t *Pſ.* 61. 9

u in *Pſ.* 15. 8
x *Prov.* 16. 2

y de *conſol. philoſ.* in fin
z *cap.* 21. 15
a *cap.* 8. 22

A

TAU.

Vers. 169.) Appropinquet deprecatio mea in conſpectu tuo, Domine: juxta eloquium tuum da mihi intellectum.

Vers. 170.) Intret poſtulatio mea in conſpectu tuo: ſecundùm eloquium tuum eripe me.

TErminatur pſalmus in octonario iſto ultimo per orationem pro ea, quæ toties adhuc petita eſt, gratia, & ſalure. Nec enim ignorabat, quantum valeret in oratione perſeverantia *b*, & oratio, præſertim juſti aſſidua *i*; optimè conſcius erat propriæ imbecillitatis: noverat multitudinem, gravitatemque periculorum, tentationum, tribulationum, perſecutionum. Porrò his duobus verſibus, quanta poteſt profundiſſima anima demiſſione ſupplicat admitti humillimam, ac infimam deprecationem ſuam in conſpectu Dei; & quodammodo elevari, atque aſcendendo pervenire uſque ad oculos divinæ Majeſtatis, ut propiùs eam intueri dignetur, benigneque reſpicere. Omnes quidem vias ſuas dixerat eſſe in conſpectu Dei, ultimis prioris verſu verbis. Verùm ne confidentius loquutus videatur, aut quia rependi petit vicem, ut ad ſe, qui omnes vias ſuas habeat in conſpectu Dei, Deus appropinquare ſinat orationem: aut quia aliud eſt deprecationem, & poſtulationem, quæ una ex viis eſt, eſſe ſimpliciter in Dei conſpectu, ideſt, ab eo conſpici, videri, cognoſci: aliud appropinquare, & intrare; quaſi ipſa ſibi aditum faciat, ut audenter intret, ſeſeque præſente conſpectui tantæ Majeſtatis; hoc videlicet nunc eſt, quod flagitat, ut hujuſcemodi deprecatio, poſtulatioque ſit, cui Deus aditum, & ingreſſum ad ſe liberum non impediat. Continetur autem in illa, ut Deus, prout pollicitus eſt, det intellectum, ſive ut concedat intelligentiam eloquii, & legis ſuæ, omniſque veritatis, ad colendum Deum, & ad conſequendam ſalutem neceſſariæ, atq; vitanda omnia repugnantia voluntati Dei, ſicq; liberetur ab omni malo: quia *eum*, *qui cognoſcit veritatem veritas liberat*, *& ab hac liberatur*, *verè liber eſt* k. In hoc opere multoties occurrit ſimilis formula, qua dicitur oratio tamquà perſona aliqua exhibere ſe præſentem ſuppliciter; Deo: aut, more nuncii, & legati, *Clamor* l *meus in conſpectu ejus introvivit in aures ejus. Introeat in conſpectu tuo gemitus compeditorum: intret in conſpectu tuo oratio mea*. Scribit quoque Sapiens *m*, quod *oratio humiliantis ſe nubes penetrabit, & donec propinquet, non conſolabitur, & non diſcedet, donec Altiſſimus aſpiciat. Appropinquat Deus appropinquantibus ad* n, & *populo appropinquanti ſibi* o. Per hanc præſentiam quanta ſit virtus orationis, oſtendit Caſſiodorus docet, quia nos per ipſam præſentamur, quando illa conſpectibus Domini offerri poſſe cognoſcitur, & *dirigi ſicut incenſum in conſpectu ipſius* p. Volare facit orationem bona vita, inquit Ambroſius, & dat alas precibus ſpiritales, (alas aſſignat Bernardus *q* jejunio orationem, atque juſtitiam; alii orationi illud, & eleemoſynam) quibus Sanctorum ad Deum elevatur oratio. Sed & ſpiritus, quo oramus, ſublevat precem juſti, maximè ſi corde contrito compatiens eam commendet affectus. Ait item, quod juſtus dat orationi flabra juſtitiæ, ſapientiæ flamina remigia devotionis, & fidei, innocentiæ, puritatiſque ſubſidia; propterea quod peccato gravaſcit oratio, & longe fit à Deo; tantoque plus, quanto improbior eſt vita deprecantis, innocentium autem aſcendit oratio, & gemites compatieotis affectus: ſi Ægyptium lutum oderint, & opera terrena declinent: quemadmodum Hebræorum, qui lutulentam operam indignam ſui nobilitate generis recuſabant, gemitus, & *vox aſcendit ad Dominum* r, deſcenditq; ad ipſos illius miſericordia; quia ipſorum ad illum aſcendit devotio. Adhuc attendit, quod quum ſcribatur Moyſes quando legem accepit, Deo appropinquaſſe ſ, ſolita David verecundia (quem Hilarius appellat ordinem modeſtæ ſpei) non ſemetipſum, ſed orationem ſuam Deo appropinquare poſtulet, ut videatur ordo quidam eſſe diſtinctus: quod ii, qui perfectiores ſunt, ipſi appropinquent Deo; ſequentis ordinis juſti viri ſatis habeant, ſi appropinquet oratio. Quamquam legamus, ad Chriſtum *appropinquaſſe publicanos*, & *peccatores* t, à Chriſto etiam invitatos ad ſe, ut *venirent*, *quotquot laborabant*, & *onerati erant* u, ſarcina nempe peccatorum, item ex puellis illa,

Senſus loci.

Notio litteræ ת Tau.

a *Eſth.* 2 & 4

b *pſ.* 140. 2.

c *Celſ.* 108.

h *Luc.* 11. 5. & *ſeqq. cap.* 18. 1. & *ſeq.*
i *Jac.* 5. 16.

Tau, Scribunt alii aſpiratè, *Thau:* valet enim ת, idest, t aſpiratum, th, per hæc differens à ט *thet*, idest, à B *t*, quod exprimitur abſque aſpiratione. Qui primo ſcribunt modo, videntur confundere cum vocabulo litteræ Græcæ *Tau*: & quia figuram Crucis habet apud Græcos, ut & apud Latinos, dicitur autè *Crucem* apud Hebræos ſignificare, ut poſtea videbimus. Ambroſ., & plures Enarratorum, explicant hanc litterã ſignificare *erravit*, vel *conſummavit*. Hieronymus, ac peritiores quique Hebræi, *ſignum*, Zamorenſis, *ſtuporem*. Iſaac ſaltem Syriacè, *ſcripturam*. Caninius, *crucem*. Alii, *terminum*. Quidam, *le-*

d in *Threno. cap.* 1. 22.

gem. Delrius *d* noſter obſervat, quia olim cruces, ut & patibula defigebantur in confiniis; idcircò Latinis *crucem* appellatam quoque *gabalam*, quia Hebræis גבל *gabal*, eſt *terminare*. Si quod talis nominis alicujus apud Hebr. veſtigium eſſet, ſequerer libentiùs conjecturam. Hieron.

e in *Ezech. cap.* 9. & in *Iſa. cap.* ult. & *epiſt.* 128.

e prodit, in alphabeto vetere Hebræorum, ante Eſdram auctorem ejus, quod nunc extat, & quo uterentur, dum vivebat ipſe, Samaritani, extremam litteram habuiſſe figuram crucis: indicaſſe autem perfectam in viris gemẽtibus, & dolentibus *f* ſcientiam, quæ ſignificatur per א *alpha* litteram primam ejuſdem, alphabeti; vel doctri-

f *Ezechiæ* 9. *Apoc.* 7. 2.

C

nam, quod idem eſt. Commodè notiones omnes indicatas amplectitur idem Delrius, quod crux, quæ ſtuperi fuit

g 1. *Cor.* 1. 23

Gentilibus, (*ſkultitiam* Paulus *g* aſſerit) errori Judæis,

h *ibid.*

(*ſcandalo* apud eumdem *h*) ſit nobis ſignum ſalutis, (vitam venturam hieroglyphicè eadem littera deſignabat

Tvitam vẽturam apud Ægyptios hieroglyphice deſignabat.

apud Ægyptios,) ut ideo forſan Antonio Ægyptio T appingatur) & Æthiopes, teſte Reatino *i*, Ruffino *k*, Sozomeno *l*, Suida ***: omniſque doctrine (& perfectionis) conſummatio. Erat & apud Romanos T ſoſpitatis, ac incolumitatis ſignum, denotans, ſi nomini militis apponeretur, in bello eum ſuperſtitem; ut è contrario Θ, quod obiiſſet, quemad modum notavit Sceuvechius *m*. De Arabibus quiddam ſimile refert Rhodiginus *n*. Teſtis etiam Aſconius in judiciis Romanorum, notam abſolutionis fuiſſe T, damnationis Θ, Lampliationis, hoc eſt, nondum liquere. Tertullianus *o* appellat litteram, quæ ſignũ refert crucis, & dicitur *Tau*, Græcam, & eſſe noſtram T. Idem de figura crucis habet Origenes *p*, Cyprianus *q*, Iſidor. *r*. Collegit ex citatis Auctoribus iſta Greſerus *ſ*, noſter, poſtque illum Italico idiomate Jacobus Boſius *t*. Non eſt dubium, quin, ut nunc Græcè, ac Latinè pingitur T, & olim apud Hebræos; quod potius credendum Hieronymo, quam R. Azariæ *u*, qui contendit apud illos deſcriptam, ut X *chi* Græcum, quæ crux decuſſata, & qua Hebræi figũra olim ſummum Sacerdotem unctum aſſerunt, quam vocabant *Tau*, ſicut Græci, referat formam crucis commiſſæ: & ex Gentilibus Virgil., *x* conſentit, vocans *Tau* Gallicum, de quo Goropius *y*, atque Lucianus *z*. Sed modo agitur de ſignificatione per nomen litteræ importata, non per figuram ipſam. Porro ipſum nomen תו *thau* in Ezechiele *a* quum ſcribit, *ſigna thau ſuper frontes virorum gementium, & dolentium, &c. omnem autem, ſuper quem videritis thau, ne occidatis*, interpretari ſunt LXX. Symmachus, Aquila, teſte Hieronymo *b*, *ſignum*, σημεῖον: δὸς σημεῖον, *da ſignum*: Theodotio autem reliquit ipſum nomen *Thau* extremæ litteræ alphabeti Hebraici. Fecit id etiam Paraphraſtes Chaldæus. Origenes *c* de Aquila, & Theodotione refert tranſtuliſſe σημεῖον τὸ ταῦ, *ſignum thau*; Hebr. autem quemdam factum Chriſtianum dixiſſe, in antiquis elementis ipſum

i in *indice Hieronym.*
k in *Hiſt. eccl.* lib. 2. *cap.* 17.
l in *Hiſt. lib.* 5. *cap.* 15. * verbo σαμφὰ.
m in *Veget. lib.* 2. *ca.* 19. n 10. *cap.* 8.
o *Apologet. contr. Marcio.*
p *homil. de Epiphan.*
q *contr. Jud. cap.* 2.
r *de vocat. Gent. l.* 2. *cap.* 5. & *lib.* 4. *cap.* 8.
t *de cruce. cap.* 4.
u in *antiquos Abecedar. rit.*
x in *catelet. ad Lucam*
y in *hieregli. in judicio vocalium*
z *cap.* 9. 4. & 4
a *ibid.*

b *Pſ.* 118. 59
c *citatus in ſchol. bibl.* LXX. Sixti V.

In Pſalmum CXVII. Verſ. 169. & 170. 351

Thau ſimilitudinem habuiſſe characteris crucis: & in Ezechiele prophetatum de ſigno, quo inter Chriſtianos ſit in fronte; quod quidem faciunt omnes, qui crediderunt, quamcumq; rem ordiantur, & præſertim preces, vel lectiones. Huc applicat Hieron. *d*, *Signatum e eſt ſuper nos lumen vultus tui, Domine*: item *f*, *Signum factum nobis in bonum*, & datam metuentibus ſignificationem, *ut fugiant à facie arcus g* & petitum ſignum, de quo Eſaias *b*, & quod Achaz *i* datum eſt. Arbitror hanc litteræ *Thau* proſignoſi ſignificationem ſolam veram; quia traditur à linguæ peritis, conſtatque, quod תיו *thavab* ſignificat *ſignare*, & *ſcribere*, ita ut poſtremum ea litera teneat locũ inter alias, quibus utimur ad conſignandum ſcripto aliquid, ſive ad ſcribendum: propter quam quoque cauſam congruit Scripturæ notio. In *biphil* apud eumdem Ezech. *k* habetur ſimul cum ipſo nomine, התנית ת *bithuttha thau*: in pſalmo autem 77. *l* quod legimus, *exacerbaverunt* eſt התוו *bithiu*, quaſi dicas, *Signaverunt ſignum*, & *limit em ei*, at potentiæ ipſius præfixerunt; *crucia verunt etiam, velutique crucifixerunt*, *tamquam in ſignum poſuerunt*, & *ludibrio habuerunt*: tandem pro illis verbis Joh. *m*, *ut deſiderium meum audiat*, pro *deſiderio meo* eſt תאו *thavi*, quod Hebraizantes exponunt, *ſignum meum*, ſcilicet innocentiæ meæ. Hieronymus *n* ſcribit, תוורח *thovab*, cujus prima littera eſt ת *thau*, Hebræos tradidiſſe, quaſi hoc accepiſſent litteræ ſignaculum, qui legis præcepta compleverant. Idem dici poteſt de doctrina, vel ſcientia, quæ illo eodem nomine ſignificatur. Cur *erravit*, aut *conſummavit*, aut *ſtuporem* ſignificet hæc littera, adhuc quæro, nec invenire ſpero; aut multum curo. *Conſummationis* admitti notio poteſt, quarenus dictum illud thema denotare poteſt *limitare* ac *terminare*: & vero limes, terminus finis, conſummatio alphaberi eſt littera iſta. *Deſolationem* præterea vocant תהי; Chaldæis eſt היה *thevah obſtupeſcere*, idem quod תמה *thamah* Hebræis. Sed finem facio, & conſummo, ne quis obſtupeſcens erroris me accuſet. Proſunt hæ minutiæ, & ſerviunt myſterio crucis, quo ab errore liberati ſumus, & in ſalute conſummati, uſq; ad ſtuporem. Mitto quę Goropius *o* nugatur lingua ſua Cimbrica, velut omnium antiquiſſima. *Thau finem* ſignificare, quod nimirum cruci alligabantur ſuſpendiarii, & ordine inverſo litterarum per *vat* prehendere, ac retinere ſignificari. quod Iſidem Ægypti anſa crucem retinentem depingerent; nobis vero apprehendenda, & retinenda ſit mordicus, Legatur præterea Dan. Mallonii Comment. in tractatum Alphonſi Palæoti de ſtigmatib. Chriſti ſyndoni ſacræ impreſſis *p* item quæ Pradus noſter ſcripſit in Ezech. *q*, & quæ Pererius in Apocal. *r*, & quæ Sixtus Senenſ. in Bibliot. *ſ*, & Avendanus hoc loco. Ambroſ. juxta duplicem litteræ *Thau* interpretationem, nimirum *erravit*, & *conſummavit*, ſignificari vult hunc eſſe profectum finis, de quo pſalmus iſte totus agit, ut etiam ſit culpæ finis, & conſummatio perfectionis, perfectæque diſciplinæ. Camerarius ait indicari, quod ovis errans aſpiciat ad Auctorem, & conſummatorem *Jeſum*, ut hic perditam quærat, ſupraque humeros affixos cruci, ſalvare dignetur impoſitam. Ciconia ſequutus de lege, & doctrina notionem, docet ſignificare doctrinam legis tantæ eſſe excellentiæ, ut etiam is, qui perfecte illam videatur aſſequutus, vix primordia attigerit. Quod autem ſignum quoque eſſe dicitur; oſtendi, quicumque ad hoc pervenerit ſtudium legis, in eoque perſeveraverit, eum inſigne, idest, beatitudinis gloriam conſequuturum, & æterna mala evaſurum: atque id Ezechielem *t*, & Joannem *u*, quos antea protulimus, voluiſſe. Addit demum quod de cruce dictum eſt.

Appropinquet deprecatio mea in conſpectu tuo Domine.) Hieronymus, *ingrediatur laus mea coram te, Domine*. Sic non erit omnino exactum diſcrimen, quod ab Ambroſio allatum dixi, inter *appropinquare*, & *intrare*, ut nec illud eſſe neceſſarium indicavi, quod quis dicatur appropinquare, vel deprecatio ipſius. Synonymum facit Auguſtinus, & alii hunc verſum 169. cum 170. ſequenti. Pro deprecatione, quæ Græcè dicitur δέησις, Hebraicè eſt רנה *rinnah*, quem alii *clamorem* interpretantur: alibique declaratur per *lætitiam* x *exultationem* y, interdum per *orationem* z iterum per *deprecationem* a, *precem b*. Eſt רנן *ranan*, *clamare fortiter*, ſeu *cantando*, ſeu *ob lætitiam* eu *præconii gratia*. Inde diceres appellatam coaxantem ranam. De hoc verbo, & formula ipſa tota dictum ſatis aliàs, Votum Joberat, ut *cognoſceret Deum*, & *inveniret*, & *veniret*, *uſque ad ſolium ejus* c.

d in *Ezech.* & in *Iſa. ult.* & *epiſt.* 22.
e *pſ.* 4. 7.
f *pſ.* 83. 17.
g *pſ.* 59. 6
h *cap.* 66. 19
i *Iſa.* 7. 11.

k *cap.* 9. 4
l *verſ.* 41.

m *cap.* 31. 35.

n *cap.* 2. in *Ezech.*

o de *hieregli.* Goropii de Thau nugatio.

p in *cap.* 41. *num.* 10. & 11
q in *cap.* 9 *teſt.* 4.
r in *cap.* 7. *diſſp.* 3. & 5.
ſ *lib.* 2. *Bibl. Tau.*

t *cap.* 9. 4.
u *Apoc.* 7. 2.

x *pſ.* 29. 6.
y *Pſ.* 41. 5. *pſ.* 48. 2. *pſ.* 125. 15.
z *pſ.* 101. *pſ.* 105. 44.
a *pſ.* 60. 2.
b *pſ.* 87. 2.
c *Job.* 23. 3.